

1957 1790, 18.
**DE COMMERCIO
INTERNO ET EXTERNO**

DISSERTATIO IVRIDICA

QVAM

ILLVSTRIS IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. CAROLO GOTTLÖB RÖSSIG

PROF. PHIL. P. ICTO IMATR. PLVRIVM SOCIETATVM SODALI
MEMBROQVE HONORARIO

D. XXX. DEC. A. C. MDCCCLXXX.

AD DISCEPTANDVM

P V B L I C E P R O P O N I T

AVCTOR

CAROLVS THEOPHILVS SAMVELIS HEVN

DOBRLVCENSIS.

L I P S I A E

EX OFFICINA SOLBRIGIANA.

DE COMMERCIO
INTERIO ET EXTRIN

ADMISSIO IN TERRAM
SACRAE ROMANAE IMPERI
F R A U N H O F E R
G E O R G I O G E O R G I
T R I B U N A L E M P I R I C U
C O M M E R C I U S V I T A
L I T E R A T U R A

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
FRIEDERICO LVDOVICO DE WVRMB

DOMINO ET DYNASTAE IN GROSSEN FVRRA
SERENISSIMI SAXONIAE ELECTORIS COMITI CONSISTO-
RIANO DEPUTATORVM AD RES OECONOMICAS ET MER-
CATORIALES DIRECTORI ET ORDINIS IMPERIALIS
STI IOSEPHI COMMENDATORI ETC.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
GEORGIO REINHARDO
S. R. I. COMITI
DE WALLWITZ
DOMINO ET DYNASTAE DE SCHWEIKERTSHAYN,
SCHMORKE, WIESE,
SERENISSIMI SAXONIAE ELECTORIS CONSILIARIO INTIMO ACTVALI ET COLLEGII DEREDITIBVS SER. ELECTORIS ADMINISTRANDIS CONSTITVTI
PRAESEIDI
ORDINIS PALATINI LEONIS EQVITI etc.

ILLVSTRISSIMO ATQVE GENEROSISSIMO
DOMINO
FRIEDERICO WILHELMO DE FER-
BER

DOMINO ET DYNASTAE IN IVNKENDORF

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE CONSILIARIO INTI-
MO ACTVALIDIRECTORI VICARIO DEPVATORVM AD RES
OECONOMIAE ET MERCATVRAE CONSILIARIO INTIMO
COLLEGII AD REDITVS S. ELECTORIS ADMINISTRAN-
DOS CONSTITVTI CANONICO ECCLESIAE MISE-
NENSIS etc.

P A T R O N I S

FIE DEVENERANDIS

HVNCLIBELLVM EA, QVA PAR EST,

ANIMI SVEMISSIONE ATQVE PIETATE

OFFERT ET CONSECRAT

T A N T O R V M N O M I N V M

O B S E R V A N T I S S I M V S C V L T O R

C A R O L V S T H E O P H I L V S S A M V E L I S H E V N .

INSTITV TIO.

Principio consilium erat Saxonum tantummodo commercium describere, eius historiam, institutionem et hodiernam conditionem exponere, et praecipue de Saxoniae negotiatione externis cum regionibus differere, ea nominare, quae in his terris producuntur, fabricantur, consumuntur et inde exportantur, et denique breuiter docere, quantam felicitatem patria carissima consecuta sit per commercium, industriamque.

Nunquam vero omnia hominibus ex voto cedere videamus: mihi quoque hoc propositum amplificanti tanta impedimenta obstabant, ut voluntatem mutare cogerer, aliquie temporis istud negotium seruare.

Vitia, errata et lacunae, si quae inueniantur, excusabunt aequiores iudices, neque omnia ad viuum refecabunt; omnia enim si dicere vellem, quae possunt dici hac de materia, fines partim libelli transgressurus forem, partim etiam cognitio locorum accurata et plena ac perfecta requireretur, quae quidem exspectanda a solis viris erit, politiae exercendae constitutis, rerumque civilium peritia pro munericis ipsius, quod sustinent, ratione instructis, non vero ab adolescente, qui adhuc theoriae tantum modo studio vacans, usu rerum nondum

exer-

exerceri poterat. Fontes, ex quibus haurire potuisssem, Consistorii pacta intimi sunt (*Cabinetsverhandlungen*), tabulae publicanorum, (*Zollregister*) et alia plura eiusmodi generis. Priora non diuulgantur ex causis satis cognitis et sufficientibus, posteriores vero quam fallaces illae sint et vitiosae, infra monstrandi locus erit. Nullis igitur, nisi eiusmodi fontibus, vti mihi licuit, qui vulgares essent, ad quosque cuique aditus facile patet. Itaque de Commercio tantum generatim iam loquamur, facta subinde etiam Saxonici mentione.

Cap.

Cap. I.

*De Commercio generatim spectato, et singulatim
de interno.*

§. I.

Circulazione pecuniae populum dicem effici.

*Respublica opulenta dici non ea potest, cuius ciues magna quidem
vi gaudent pecuniae paratae, quae vero nullum praebet alium
vnum, quam cum, ut tantum adsit; contra ea vero rectius opu-
lenta vocatur, cuius intra fines pecunia in manibus, uti sanguis
in viuo corpore, perpetuo circumagit.*

Fac enim, in ciuitate quadam omni habitanti non solum omnia
suppetere, vnde vitam sustentet, sed praeterea etiam ipsam in arca
clausam tenere ingentem nummorum copiam; quemque vero, do-
nis a natura acceptis contentum, limites domicilii non transgredi, ea,
quae vicinus sibi parat, ad vitam degendam commodius et iucun-
dius, ignorare, nec conari, eius commoda ad se transferre et pro-
fusi vti, nec cum eo communicare sua, illum ingenue fateor, dona-
tum esse nummo sterili, quo vti, quoque maiores duitias sibi ad-
quirere non posse, adeo eins opes esse inutiles et possessorem dini-
tibus adnumerari non posse. Quod iam dictum est de singulis ciui-
bus, illud transferri ad tota regna potest. Cuicunque hic, opinor,
venient in mentem Lusitania Hispaniaque: ad quantum splendorem,

A

abua-

abundantiam quantum haec regna potuissent efferrri, si principes et
ii, qui a consiliis eorum secretioribus erant, aurifodinas Americae
profundas, ex quibus diuitiae immensae in aeraria regia manabant,
sapienter et apte adhibuissent! omnium oculi iam conuersi erant in
illas regiones beatas, quas Hesperidum hortos poëtae exidam Hispaniensi,
de suae patriae gloria et salute extra se rapto, vocare libuit:
haec regna superare omnia alia sperabantur potentia et principatu;
haec regna inuidia premebantur, et quisque ibi sedes figere
desiderabat — sed paullo post quisque exspectatione sua frustrabatur;
Lusitania aequa ac Hispania ex quiete excitari otiosa non poterant,
eo maiori negligentia aurum consumebatur extraneum, et
omnes ad hunc diem vires credunt exhaustissime, si corporum moles ad
portus mouent, ad naues auro priuandas. Eiusmodi regio, pecunia
etiam maxime abundans, tamen inops habetur; nummi enim
fines ciuitatis transeunt eo modo, quo intrarunt, et nullus mutuuus
communisque ad omnes usus permanat.

*Circulationem vero adesse puto, si pecunia e possessione alterius
in alterius manum tanquam praemium transit, quo solui debent
mutua eius officia. a)*

Pecuniae circulationem, ut ostendam, res publicas bono atque
amplo auctare lucro, ponatur ciuitas finibus angustis, familias 200
continens, quarum tota fors decies centena millia nummorum un-
cialium summam faciat, quae partes in aequas diuisa, cuiue fami-
liae 5000 Vallenes attribuantur. Iam vero ponamus, hanc millionem,
quam dicunt, anni spatio harum intra gentium possessiones
decies circulare, mihi quisque facile largietur, cuiuslibet familiae
diuitias in summam 50000 loachimicorum excurrere. Qua ratio-
ne

a) Nummorum permutatio simplex non est circulationis species; igitur
argentum cum auro si muto, nondum haec pecunia dici potest circula-
re, sed hoc sit, si is, quo cum ago, sibi vindictet collybum.

ne facta omnis profecto intelliget, circulationem esse praecipuam
viam, b) qua ciuitas possit aliqua ditari.

§. 2.

Vnde oriatur circulatio.

*Circulatio efficitur I. per constitutionem politicam bene institutam.
II. praecipue vero per commercium.*

I. Per constitutionem et administrationem politicam bene ordinatam, quae in eo consistit, ut argentum, quod sibi subditorum manus sub titulo tributi, vestigalis, portorii, stipitis etc. suppeditabant, modo sapienti et accommodato, populo reddere princeps studeat: Sumptus regis non esse debent pares iis, qui sufficiunt agricultae; princeps cultu apparatuque omni alias debet praestare, et summa splendoris magnificentia antecellere, non sui gratia sed ciuium: Opifices regiam habitantes semper esse debent occupati, ut principis commoda augeant atque amplifcent, eique constituendum est praemium, qui vias reperit, et artes excogitat, salatis et internae industriae caussa, ad aulae augendam praestantiam. Qua de causa, quis est, qui dicat, nonnullos tantummodo homines hoc modo reddi ditiores, non vero ciues omnes? Minime. Regii splendoris fama allicet aduenias ex regionibus remotissimis, qui lubenter appetient marsupia, et ita fortuna secunda, qua regia gaudet, diffundetur in ciuitates proximas, et denique sensim sensimque in totam rem publicam.

Modus alius et magis exiguis, quo principes ciuibus remunerari solent thesauros, est, si subditos sine medio subleuant fortibus summis eorumque industriam dormientem quasi excitant et refocillant:

A 2

b) vid. Büsch. *Abhandlung vom Geldumlauf.* 1. Band. §. 25. 2. Band.
§. 47.

cillant: Eam viam insignem secuti sunt *Pater Patriae Serenissimus noſter, eiusque Anteceſſores aeternum colendi*: non minus Boruſſorum Fridericus vnicus ſubditos quotannis ſummis immensis donavit, nominatimque anno 1785, — 2, 901, 756 Vallenib⁹. c) Sane tulit eiusmodi fors praeclarum foenus! anno eodem, omnia, quae producta erant ex officinis boruſſicis et fabricis, excurrebant in ſummam 30, 250, 000 loachimicorum, ex quibus ad XIV decies centena millia exportabantur extra fines, reliqua vero intra eos conſumebantur. d)

Imperium ſi eft bene conſtitutum, praecipue in muneribus diſtribuendis rationem habere debent administratores

II. Commercii, quod eft cardo circulationis, induſtriae et diſtiviarum. e) Commerciū vero eft via, qua agricola opifici materias tradit primas, quas posterior vel priori, mercede accepta, reddit, vel mercatori exhibet, qui tum in totam rem publicam diſpergere conatur. Reipublicae cum incolumitas ex pecuniae oriatur circulatione (Cap. I. §. 1.) illa vero fontes praecipue habeat commercium et negotiationem, terram eam puto eſſe habendam, cuius intra fines floreat commercium fortuna ſecundiffima, pecuniofam.

§. 3.

c) von HERZBERG über den wahren Reichthum der Städten, das Gleichgewicht des Handels und der Macht. 1786. p. 39.

d) Ibid. p. 31.

e) Praeclaris verbis Salimbeni (*in den Grundsätzen der Finanz*) modum deſcripsit, quo circulatio pecuniae bene iuſtituta ſolet oriſi et progredi.

Nota. Exercitibus paratis pecunia etiam fluit in terrae oppidula minutissima, ideoque circulatio valde augetur,

§. 3. *Necessitas promouendi commercii.*

**Principis igitur est eiusque, qui rempublicam administrat, adiun-
re atque promouere commercium.**

Nullis sumtibus, nullis expensis, quae pertinent ad res utiles
commercio, princeps parcere debet. Anglia et Borussia nobis eate-
nus exemplo sunt imitatu dignissimo. Semper industria excitari
debet et animari; regiminis in officio est, curare, ut manu et fabri-
cis confecta alienari possint, lubenterque aures praebere mercato-
ribus, qui hoc vel illo de commercii statu conditiones nonnullas
modeste audent propondere. Imperii igitur ratio Saxonici in Com-
missione, quae de rebus negotiisque mercatorum administrationem
gerit (*Commerciendeputatum*) anno 1729 instituta laudari satis non
potest et praedicari, quo facto cuiilibet mercatori et fabricanti lici-
tum est de commercio perficiendo promouendoque sententiam suam
aperire, non minus, quam eius vitia indicare, et quomodo remo-
veantur. proponere.

Quantopere est mutatum commodum hodiernum publicum
(*Staatsinteresse*) ab antiquo! Lycurgus f) Plato, g) Aristoteles, h)
Appollonius i) pluresque alii legislatores et politici mercatorem pro
nihilo ducebant, despiciatique habebant, non quidem, ut illi dicere
solent, qui virtutem et sinceritatem maiorum pro viribus defen-
dunt, mercator quia sine fraude cogitari non possit, quod vero vi-
tium dehonestans finibus expelli optarent, sed quia intelligebant,
potentiam gloriamque nisi armis et occupationibus bellicis seruari,

A 3

non

f) Plutarch. in Lycурго.

g) Plato de legibus.

h) Aristotel. l. 7. Politicor. c. 9.

i) Philostratus in vita Apollonii.

non vero, ut nostris temporibus, reipublicae salute interna commercio exorta; expeditiones autem belli seueras nunquam negotiationis cum successa tranquillo pari passu progredi: His temporibus vero, quibus potentia principum fere aequalis seruatur, et proinde difficultus est, terrae fines acquisitionibus alienis amplificare, principis officium esse debet sanctissimum, regiones ita constituere, ut vicinis salutis ratione internae pares sint, quin etiam eas superent, quod efficitur commercio; mercator igitur ei persona grauis esse debet et fabricator.

Quod Annibal's temporibus Caesarisque reipublicae imperator inuidus, hac aetate principi esse debet mercator industrius solerisque. Fridericus vii'cus, qua pollebat, potentiam obtinere non potuisse, si castra tantummodo fecerit fuisse. Sed exercitum dicens in turbam hostium, cogitatione rationem depinxit, qua promouere possit fabricas, itaque ipse illam magnitudinem adipiscetur. Iosephi II. in bello ineundo cum Turcis finis non solum erat, hos barbaros Europae finibus expellere, sed praeceps orbem etiam maiorem ambitumque reddere manuacturis, quo fabricata possint venire. Hollandia pauperior esset, Polonia, nisi in Commerce eius salus esset fundata, et Augusti I. cura, labore et conatu ad commercium proferendum perficiendumque et amplificandum Saxoniam magnitudinis summum gradum adepta est, quem etiam hodie, Friderico Augusto Serenissimo sapientissime prouidente, obtinet. Ecce exempla, Politico patriae amanti imitata dignissima, omnes vires ex se excitandi adhibendique, omnia vitia remouendi, quae nocere possint commercio, explendi lacunas omnes, quae negotiationis ratione in consiliis politicis suis innenantur, et omnes, priusquam edantur, opiniones praejudicatas tollendi. Inutile plane et superiuacneum mihi videretur, singula quaeque emolumenta et commoda verbis pluribus explicare negotiationis.

§. 4.

§. 4.

*Quae sunt commercii obiecta; speciatim de Commercio prouentus
naturalis.*

Iam vero commercium ipsum sub contemplationem vocabimus, quod
occupatur I. naturae cum productis, k) quae nominantur mate-
riae primae, et II. cum materiis fabricatis seu compositis. l)

Prius commercii genus, quo ciuitas carere non potest, vetustissimum est et simplicissimum; circulatio vero eo non ita magna efficitur, praecipue si fines non egreditur. Polonia, quae multas cau-
fas afferit, quibus paupertas orta sit, eam etiam producit, quod eiusmodi commercium tantummodo videtur, non vero alterum commercii genus exercere. Hodiernis temporibus regio, quae nullum, nisi illud, quod *Produchtenhandel* vocant, sensu strictissimo con-
gnoscatur, cogitari non potest, quia multis egemus, quae solum modo per commercium materiarum compositarum ad nos portantur. Redeamus vero ad tempora illa patriarcharum, quibus suum quae-
que sibi familia viatum ipsa parabat, gregibus nutrita ouium lanam
ducebat, sibique vestes texebat; nullam hic ne minimam quidem, inueniemus speciem circulationis, et industria, etiam non industria
quidem omnino negari potest, obscuritate tamen iacebat summa,
itaque regio ipsa nunquam pecuniosa poterat vocari. Homines vero
tum viuentes, an maiore fortuna animique tranquillitate vixerint, quam
aequales, et eiusmodi conditio statusque, an perennitate
gaudere possit, libelli extra limites est positum, fusius exponere.

Aetate vero, qua iam viuimus, commercium eius generis est
majoris ponderis, quia plures sunt homines, qui alia vitae genera,

quam

k) Quod vocemus *Produchtenhandel*.

l) Quod *Kunsthandel* appellare liceat non quidem ratione artium, quas
ad liberales referunt, sed eo sensu, quo ars opponitur naturae produc-
tis,

quam agriculturam sequuntur, materias igitur primas sibi adquire-re non possunt, quas a rustico coguntur accipere. Igitur agricolae prima via est et sola, producta sua mutandi cum parata pecunia. **Vulgare** quod ferri solet, di^ecum istud „Agricola si diues, ciuitas co-piofa“ cum in perniciosa sententia veretur, mentibus hominum ra-dicitus esse euellendum. Illum fontem, ex quo omnem pecuniam hausturum sese sperat rusticus, quolibet modo aperire debemus; id quod fit, si agricultura emendatur et frumentum semper magno in prelio est. Saxonie se praebet exemplo egregio, cum instituit Lipsiae societatem Oeconomicam, cuius finis primus habetur, omnes agriculturae et oeconomiae species amplificare; cuius vero efficien-di ratio et via satis apta adhuc desideratur, per quam ea, quae haec Societas laudata docuit et iam experta est, diuulgari possint, quod libri populares, et non magno parabiles praecipue adiuuarent. Praeterea curam atque studium, quo Electores Serenissimi Saxoniae iam antea agriculturam promouerunt affirmant:

I. Mandat die neue Einrichtung und Erweiterung die Landes-Oeconomie-Manufaktur- und Commercidepuration betreffend, d. d. 14. April. 1764.

Cuius vi inuentiones nouissimae et pericula prospere tentata praemiis afficiuntur, omnesque nomarchae et praefecti obligati te-tenantur, tempore legali Deputationem certiorem facere de statu oe-conomiae et aliis negotiis rusticis, quae tractantur in districtibus si-bi subditis et sententiam aequa ac consilium proponere.

II. Edict wegen derer zu Wiederaufhelfung hiesiger Lande in ein und andern nöthigen Veranstaltungen, d. d. 23. März 1763.

Quod adhortatur admonetque rusticos ad fundos bello expila-tos instaurandos, pomaria plantanda, lignationes destructas reparan-das, iisque parcendum praecepit.

III.

III: Neue Gesindeordnung, d. 16. Jul. 1735. Lit. 1. 2. 3. 4. 5.
 Qua omnes personae, sexus ratione non habita, antea agricultura occupatae, et adhuc ad id negotium idoneae, commodatis vero studio ei subduetae, admoneri debent omni severitate, deinde vero cogi per praecepta poenalia, agriculturam, quae sit ci-
 melium tantum, ut ne derelinquant.

IV. Befehl das Viehsterben betreffend, d. d. 26. Novembr. 1716.

V. Augusteische Forst- und Holzordnung, d. d. 18. Sept. 1580.

Et plura alia hoc pertinentia tam vetustiora, quam recentiora mandata de annis 1565, 1556, 1575, 1586, 1597, 1598, 1715, 1721, 1726, 1728, 1762, et plura a Patre Patriae Serenissimo promulgata.

De frumenti pretio magno et de modo, quo seruari possit, infra dicendi locus erit. m)

De Commerciis arte factorum.

Commercium, quod vocatur Künftshandel, et omnes iam praeparatas materias et elaboratas continet, fines circulationis intuitu habet latius patentes, labore et vietum suppeditat pluribus hominibus, animat industriaem, redditque acaciorem.

Omnis opifices, fabricantes, et mercatores eiusmodi commercio vitam sustinent et statum incolunem. Faciendi quaestus ratio (*Nahrungszweig*) ea, si bene constituta, ciuitas ipsa fortuna munita est. Politici igitur de patria meriti est, omnem animum et attentionem huic adhibere. Praemia sicuti in Agricultura, etiam in Commerce

m) Cap. II. §. 7.

cio n) proponere debet inventionibus, et fabricatis, o) ad formam modumue exterorum confectis; fabricas incipientes adiuuare omnibus modis, suppeditandis iis, quae necessaria videntur, dan-disque immunitatibus, p) fabricata, ut vendantur, omni stu-

dio
n) Praeclare ait SCHEDEL „Weise Regierungen, die nach Grundsätzen han-deln, müssen die Ausgaben und Kosten nicht scheuen, die ersten Auf-nunten rigen voraussetzen, besonder, wenn es darauf ankommt, einen wichtigen Zweig des Handels empor zu heben. Die Handlung erster ge-wiß all mal durch die vermehrte Bevölkerung und durch die vergrößerte Einnahme diese Kosten im reichen Maaße wieder.“

o) Quam idonea et apta imitatione pauci tenuiores Xylini, (Baumwollen-zeuge) Anglorum et aliae panorum species linteaque in Saxonia texantur, o) guunt Manufacturae lanificiae (Wollenmanufacturen) Chemnitii, Görliti, Kremmitschauiae, Ossitii, aliisque locis; Manufacturae bom-byciccae, (Baumwollenmanufacturen) Chemnitii, Plauiaeque; Linteariae Manufacturae in Lusatia superiore; Manufacturae séricariae (Seidenmanufacturen) Dresdensis et Lipsiensis, quarum fabricata Hollandicis, Francogallicis Anglicis et Italics perfectissime aequiparantur. In Chalybi fabricando vero adhuc valde vincimur a Britannis, cuius cauia non solum in eo est, vt chalybs nostrae terrae ipse sit naturae vilioris, sed quia caremus machinis illis idoneis et opportunis: eadem conditione esse dicitur nostra corii praeparandi ratio.

p) Patria carissima iam antiquis temporibus in ea re aliis se exemplum populis dexterime exhibuit: de quo videantur.

I. Extraßt aus dem Landtagsabschiede, vom 9ten April 1661.

II. Aufschreiben, wie es mir Abgebung der auf zwei Jahre vereinigten Land-acces zu halten, den öten März an 1682. punc. 20.

III. Erläuterung und Moderateion einiger in der anno 1708 ergangenen Ge-neral-Consumtions-Accisordnung befindlichen Sätze, die Manufacturen, Fabriken und Commercia im ganzen Lande, ingleichen die Bergbäude, bauende Gewerken, Bergleute und Hammerwerke berreffend, den 12ten December, anno 1707. Cap. V.

IV.

dio curare; 4) Collegiorum statuta arctatoria; 5) quantum possint, circumscribere, i machinias noniter inuentas vtilles vulgatoribus obtemperandi intro Br. 2.3 cap. 1. 6) curare, IV. Mandat die Manufactur des inländischen Porcellaingefäßes betreffend, notreden 22sten Ian. An. 1810; 7) iudicium nonnulli cooperatorum eiusdem;

V. Mandat widen den Ver- und Aufkauf der Wolle, auch deren Ausführung aus dem Lande, sambt deme, was darinnen wegen der inländischen und fremden Wollfabrikanten enthalten, den 21sten Jul. 1718.

Cuiusui Fabricae hic se collocanto non solum frui debent in Accila generali, vt verbis mandati ipsius utar, die geordneten Bauergötzlichkeiten non an baarem Gilde, et in inunitate bima ab omni tributo de agris, pecore et via, s.d. etiam de omnibus pensionibus (Steuern) et aliis oneribus in decimib[us] in decem annos. Non minus illis manufaturis, quae egent auxilio, suppeditatio promissa est, cuius usuræ tria procentam excedere non debent.

VI. General-Verordnung die Erabliir- und bessere Fortsetzung der Manufacturen und Fabriken, benebenst derer selbigen Begnadigungen betreffend, den 22ten Nov. An. 1727.

VII. Extract aus dem Landtagsabschiede, d. d. Dresden 14. Sept. 1749.

VIII. Edict wegen der zu Wiederaufhelfung hisziger Lande in ein und andern nöthigen Veranstaltungen, d. d. 23. März 1763.

Et plura alia recentiora satis cognita.

¶ Manufacturae lanifaciae Chemniti, Gorlicii et Markiliæ manufacturae (Gössy p[ro]b[abiliter] panni contexti (Neffeltuchmanufacturen) Dresdens, manufacturae coriariae Budissæ et Gorlicii et aliae, quia fabricata sua vendere non possunt; decreuerunt; e contrario vero aliae altiore in gradum pronotæ sunt, e. g. manufacturae panni ex bombycis genere tenuissimo contexti (Musselinmanufacturen), Plauiae, quae de anno 1761. in alterum tantum amplificata est; non minus manufacturae bombycisiae (Baumwollenmanufacturen) Chemniti manufacturae, quibus limbi denticulati texantur in Metamia montibusque metallicis Saxoniciis; officinae, quibus panni xylini (Kastune) linteique imprimuntur, typographæa, pluresque.

v) Cum Thurgotô non quidem consentio, qui cuncta collegia euertebat, experientia enim docuit, quam breue temporis spatium eius dispositio-

ne

re, s) omnibus priuatis permettere, fabricas, manufacturasque instituendas, non vero magnatibus, qui, cognitione egentes, plerumque via recta aberrant, quo facto eorum fabricae modo eodem veloci, quo ortae erant, collabuntur; non minus curare debet politicus, vt mercator statum non mutet, i. e. constans sit mercator, semperque commercii cursum et gradus animaduerte.

Cap.

nes seruatae sint, societas cum omnes, illo exterminato, instaurantur, earumque emendarentur placita, limitationes vero merito statuenda videntur. Opificum enim, qui necessitates ad vitam hominum sustentandam pertinentes curant, numerum, confilii est, certum cuiilibet oppido determinare. Berolinum igitur 130000 continens ciues sutorum numerum nimium habebat 1200, vt Nicolai bene monet in descriptione Berolini et Postampii, ita, vt alter alterum perderet, omniumque res ad rastros redirent, donec rex iuberet, magistros non nisi octo quotannis nominandos. Opificum vero, qui artificibus proximi sunt, leges militares esse debent, e. g. ferinariorum, tornatorum, claustrariorum etc. in quo quidem discrimin magnum est inter artem et opificium facendum, adolescentes igitur multi inopes retardantur, inde ars et industria, necesse erit, submergantur.

s) Si quis sit, qui roget, an machinarum inuentio, quae id efficiunt breui tempore, quod plures homines longissimo spatio non valent, ad communem utilitatem adferat, affirmo. Fabricata enim profecto vendentur pretio viliori; fac hominum certum numerum inuenta machina, quae laborem antea ab se curatum iam ipsa exhibeat, extrusum esse, alter hominum numerus, quibus ea res usui est, ratione multitudinis plane non videtur sub contemplationem cadere, et praeterea illi operarii dimicent, si alias querant conditiones, profecto aliam inuenient quae viuum amissum compensabit.

Filariorum in manu possessori Stephanii celeberrimi propter Torgauum incitamento et incremento maiore non indignum foret, relendi artem quoniam admodum subleuat, eiusque igitur emolumenta manifesto apparent.

ambitio ex parte sibi. **Cap. II.**

ad exteriorum mercatorum circulum respondeat, ut etiam locis iugis
commodi sit.

De Commercio externo.

§. 1.

*Commercium in genere est earum rerum permutatio, quarum maior copia
est, quam qua ipsi indigemus.*

Negotiationis intermediae, qua mercator mercem externam sibi adquirit et externis vendit, et quae (*Zwischenhandel*) vocatur, hic mentio non est facienda. Sed ad sententiam probandam satis erit, ad rusticum prouocare, qui frumenti copiam, quo ipse et familia non eget, vendit, et qui venuunt lanam, linum, reliquaque producta et pecora, quibus non indiget. Quaelibet autem regio consideranda est tanquam familia, quae producta, quibus abundat, in aliam transportare studet; antea commercium erat in regione ipsa, et internum vocabatur, iam mutatur in externum.

§. 2.

Commercium internum modo faciliori potest excitari quam externum.

Commercium internum, itaque etiam circulatio pecuniae et industria interna, modo faciliori et excitari potest, et seruari, quam externum.

Bode t) et Guden prius tantummodo ab una parte et pro dolor! considerant tenuissima, dicentes, commercium regionem solum externum ditare. Rei eorum perspectio cum sit superficiaria atque ex una parte tantum instituta, sententia etiam ciudem est valoris. Industria interna igitur difficultate minore potest excitari, quia eius status praecipue pendet a principe dirigente, qui hunc vel illum

B 3

quaestum

t) Vid. eius *fürstliche Machskunst*. Cap. 7. §. 21.

quaestum potest adiuuare, v) quod etiam facile est ad expediendum, quia edictus est de eis, quibus egeant subdit, quaeque in votis habent, iis, satisfacere, esse in officio debet principis: Haec vero omnia non possunt accomodari ad peregrinum, ad quem praesertim plures populi, quo minus confluant, prohiberi nequeunt, et in instituendo commercio extraneo morum populi, ad quem producta educere cupimus, et consuetudinum infici laepissime omnia comoda et emolumenta spectata amittimus. x)

§. 3.

Industria interna diutius seruari potest, quam externa.

Posterior enim est pluribus exposita variationibus et mutationibus; prior vero nititur moribus, salute altiori (*Wohlleben, Genügsamkeit*)

v) Saxoniam, ineunte hoc Saeculo et antea, bene meruit de negotiatione adiuuanda, per leges et instituta; et, ut ex pluribus vnum tantummodo excitem, adnotabo.

Rescript, daß die Kaufleute die zur Montur derer Regimenter und Hoffstaat benötigte Tücher nicht aus den benachbarten Landen, sondern aus Landesfabriken bei Strafe der Contrebandirung anschaffen sollen; d. 28. Nov. Anno 1715. et plura mandata recentiora.

In quantum illa edicta aequa et clementia seruata sint intuitu militarium praefectis destinatarum, et iam seruentur, nolo in praefens inquirere.

x) Dominus Büsch, Prof. Hamburgensis, vir doctissimus et celeberrimus cit. loc. Lib. VI. 5. 17. profert exemplum talis tentaminis propter inscitiam male progressi, quo linnea ex Moravia et Boemia per Tergestum in portum Gaditanum transportare suscipiebant, unde, ut in Americanam venderentur, manibus imponi destinata erant. Linnea per se optimam diligentia erant fabricata, sed nimis lata, ita, ut, quod susceptores fugerent, sarcinis Gaditanis apta non essent, nec in Americanam nauigari possint; quo factum est ut non solum pretio vilissimo, sed detimento etiam venderentur portu Gaditano.

*seiner selbst) et regimine prudente, Moribus exultis rusticis pluribus commodis, antea incognitis instruantur, quo tota plebs fortuna secunda (Wohlfeyn) fructitur, quae consistere debet tantummodo in munditia atque elegantia et in primis naturae necessitatibus, quae semper seruandae: quilibet enim labore non fugiens, illis necessitatibus satisfacere studebit, quae sibi vietum suppeditant. Conferas rusticum Hollandiae cum Poloniae rustico, singasque, a primis consuetudinem munditiae et prosperi status remoueri et in Poloniam transplantari, mirabere animaduertens, quam tarda interna pecuniae circulatio Hollandica, quam vero celeris foret in Polonia. Agricola sumtus maiores, quibus eget ut statu magis incolumi, vestibus splendidioribus, suppelletili magis egregio et cibis magis conditis fruatur, haurire studet ex emendandis agris; tota oeconomia melius instituenda, et annona flagellanda, et opifex, fabricator mercatorque circulatione amplificata dupliciter et tripliciter recuperant id, quod per annonam perdidisse videntur. Solemnia publica popularia, et nonnullae imminutates communes facilissime efficiere possunt, ut subditii desiderent eiusmodi statum salutemque, quam vocant inferiorem (*das niedere Wohlleben*), de altiori, quae etiam luxus appellatur, infra dicendum erit.*

§. 4.

Commercium exterrnum lacum habere non posset, nisi in populo, qui res rurum, quae exportari debent, copia abundat.

Commercii interni emolumentis perponderatis ad exterrnum rededium. Populus si esse cupit diues, negligere non debet commercium exterrnum, seu, quod locum habet intra duorum vel plurium principum provincias, quod vero tum primum instituendum est, si sit vtile, si terra ipsa his vel illis productis et fabricatis abundant. Hac quippe lege facili dubia negotio remoueri possunt, quae illi,

illi, qui ex una tantum parte illud respicit, grauia fortasse queant videri, scilicet:

I. An Patria per Commercium in alias externas regiones ad inopiam redigatur?

II. An in illam non alienae necessitates importentur, quae alias ignotae mansissent?

III. An eorum, quae vel natura profert in regione aliqua vel arte efficiuntur, genera si exportantur in illa ipsa regione patria maiori prelio vendantur?

Quamlibet enim rem publicam, a principe semper indefesso studio administratam, per commercium cum alienigenis non modo opibus non desitui, sed vel maiores etiam diutias adquirere, contendo.

Circulatio namque pecuniae sine dubio augebitur, si civitas non solum sui sed etiam vicinorum gratia fuerit occupata: res publica vero cum (Cap. I. §. 1.) pecuniosissima sit, intra cuius fines circulatio nummorum maxime frequentetur, eo ipso, quae mihi obiici poterant, videntur remota. Verum enim vero et aliae quoque rationes suppetunt, quibus uti possum ad sententiam meam defendendam. Commercium extermum, cum iniiri nequeat nec debeat ipsa rei natura, priusquam in terra ipsa abundantia huius vel illius producti intueniatur (Cap. II. §. 4.) iis vero, quibus abundas, non modo ut nequeas, verum damno inde quodammodo adficiaris, sequitur, ut ea ad exterios exportari debeant: Quid? quod utilitas in nos aliquid retundatur videtur, si, quorum nobis usus esse nullus possit, aliorum ad usum transferamus. Sed hic quis forte mihi

hi obiiciet, hoc quidem in terra locum habere, cui supersint fabricata et producta ad exportandum; sed quid illi populo agendum, cui alienae merces opus sunt, qui eas ex regionibus vicinis appor-tare cogitur, nonne tunc patria paratam pecuniam manifeste amittat? Cui quidem respondeo: commercium externum locum non ha-bebit, siue legibus circumscribatur, siue secus: cuius enim rci non abundantia est, eius etiam nulla fieri ad exteris exportatio poterit. Principis igitur est, curare, ut productum aut fabricatum, quo ca-ret patria, in ea producatur vel fabricetur, quod modis variis sa-pienter adhibitis paruo admodum temporis spatio sane effici potest. Quodsi hoc adsecurti simus, non solum, quae cupiuerimus, semper habebimus, sed eadem etiam, qua ab exteris accipimus, perfectio-ne et pulchritudine fabricata ipsi lubentius a popularibus ememus. Namque quo minore vectura, portorio et vectigali imponuntur, eo etiam viliori pretio erunt, quam extrinsecus inuecta. Ac suas quamque etiam regionem merces ex se ipsam, quoad eius fieri pot-est, capere videmus.

Iam vero si tempora incident, quibus fiat, ut vel coeli culpae, vel soli tribuendum sit, ut quaedam merces in aliqua regione vel fa-bricari nequeant vel produci, adeoque ab exteris regionibus arecessi debeant; tam in ea ciuitate, ut aliae merces in ea ipsa inueniantur ac producantur, quae itidem ab exteris expetantur, ideoque ex-portari possint, summa cura, atque industria est prouidendum, ut adeo pecunia, quae ad exteris migrauerat, ad talem ciuitatem re-vertatur. y)

Qua

y) Saxonis, id sese effecisse, laetari potest, quod plenius pateret, si tabu-las inspicere liceret eorum, quae cum importantur annis singulis, cum euehundur; planum enim foret, numerum eorum, quae exportantur, admodum excedere inuestitorum copiam, iis quippe deductis, quae per nostram prouinciam tantum transeant.

C.

Qua quidem ratione aequilibrium, ad ciuitatem seruandam nostro Seculo necessarium, semper magis magisque firmatur.

Iam si, quae in patria tellure haud proliguntur, ciuibus vtienda principes prohiberent, haud scio an iure optimo tyramidis cuiusdam criminē notarentur, interim tamen certos fines rei constitutere possumus. Sic caldam e. g. ex fabis Arabicis tostis confexam, quamquam fructum omnibus regionibus maxime nocentem in nonnullis prouinciis interdictam videmus: fane hoc factum iniuria videtur, etiamsi adeo noxia foret, vt iactatur: primo enim fabae Arabicae usus minorem fecit vini adusti potionem, ideoque farris adorei consumptionem, quo facto frumenti pretium, de quo in dies ingrauefcente iam hodie queruntur, vt ne nimium adaugeatur efficitur: deinde tanta non est apud nos frumenti copia, qua expleri possint cunctae cucumae, vt satis experientia docuit: annona igitur externa importanda foret; nunc vero discrimen non intelligo, vtrum pecuniam cum frumento permutes, an cum fabiciis Arabis! Illum per potum denique, praecipue inter homines honestioris loci, industria animatur, igitur plures homines aluntur: thermopolia enim, vasa generis varii, mensulae et nonnullis in prouinciis plagae iam sunt necessaria, quae praebent caponi, fistori Misnico, scrinario, tapetario, pluribusque aliis occasionem ad se sustentandos, inuentaque amplificanda. Rustici igitur esse videntur soli, qui iam nimis debilitati, detinendi sint ab illius generis potu, et sanitatis quidem praecipue gratia, non ita rationis politicae. Iam ad alteram accedamus obiectionem,

§. 6.

§. 6.

Continuatio.

An patriae per Commercium externum illatae fuerint nouae necessitates antea ignotaes, atque inde aliquam iacturam accipiat res publica?

Alteram ab altera natione excelli ac superari ingenio et arte inueniendi, idque effici ex causis et physicis et politicis, nos non fugit: ille v. c. qui montes Iura habitat, ibique coelum tenue purumque spirat, et viuide sentit, se hominem esse ingenuum et felicem, Gallus hilaris, et Brittannus, magna Charta fretus', maiori sunt praediti ingenio itaque etiam facultate inueniendi quam Lusatianus, desidia et otio marcescens, vel homo proprius in Lusatia inops, et iugo seruitii oppressus. Eae nationes igitur callidiores et prudentiores nobis per commercium ostendunt necessitates antea ignotas. Tantum autem abest, vt nobis inde detrimentum adferatur, vt potius illud profit: eorum enim inuenta plerumque sunt nouae species fabricatorum, ex praeparatis nouiter repertis ortae, quae sequendi moris causa importantur. Proinde itaque fabricatori indigenae curandum est, vt eiusmodi nouas merces, more probatas exceptasque, quoad eius fieri possit, celeriter imitetur, externas inde expellat. Quo prius vero modus nouam illam speciem fabricandi diuulgetur, eo etiam celerius fabricator indigena mercem ad illius similitudinem confectam poterit venundare, ita vt peregrino praeueniat, et priusquam ille finibus se adpropinquet, ipse patriam merce eadem expluerit. Ad hunc igitur scopum consequendum, consilii videtur, cuilibet Legato in aulis exterorum principum ynum vel plures viros adiungere, quibus praecipiatur, vt si, quid inuentorum nouorum, machinarum in primis, ibi confexerint, statim vel ipsa ad patriae fabricas celeriter transmittant, vel proplasmate (*Modell*) formata, vel perspicue descripta, delineataue. Illi vero vi-

ri ipsi, qui mittuntur, rerum earum scientia ac peritia esse instructi debebunt: neque vero ab iis requiretur fabricarum, manufacturarum et productorum solum in ipsis prouinciis, in quas missi sunt, inuentorum, cognitio; sed et scientia quoque mathematica, mechanica, technologica, oeconomica, metallica, cameralis etc. praeterea eos linguam cuiuslibet regionis vernaculaam probe nosse, callide et caute se gerere, semperque, ne obseruentur, curare oportebit. Per usum et coniunctionem cum Hollandia, Britannia et Gallia ortum habent nostrae manufacturae, in quibus limbi denticulati, linteal, panni, panni xylini etc. fabricantur, quae ad hanc rationem viamque a nobis modo oftensam celerius possent perfici ac promoueri, nisi impedimento forent fabricata externa, quae in patriam importata serius repetuntur imitando, quam ut vendiqueant, ideoque in tabernis solent obsolescere. Oeconomicis etiam illud institutum potest esse usui, adiuncto Legati si mandetur, omnes agriculturae, in patria adhuc ignotas, species cum ciuibus communicare, qui eas, quae ad coeli plagam, solum, reliquamque conditionem applicari possint, ipsi in usum transferre queant. Velut per commercium cum extérnis cyclamina, fruges cunctis utiles ac laudatae, importabantur: eidem attribuenda est emendatio lanae, quae fit per arietes Hispanienses, et id genus alia. Necessestas igitur nouas quidem cognoscimus per commercium externum, id negari non potest; sed prouidendum erit, ut ipsis etiam producamus eas, quo industria latius pateat, quam antea coarctari minuque verebamur.

§. 7.

Eiusdem rei ulterior disquisitio.

An fabricata ipsa maiori pretio veneant, quaerit denique tertio loco potest, mercibus nostris exportandis, quam quo venduntur, si intra fines terrarum commercium illarum contineatur?

Sed supra (Cap. II. §. 1.) docuimus, merces tantummodo abundantes commercio externo esse subiectas posse; ut igitur defendam sen-

fententiam, statuo, reipublicae, si ea producta, quorum multitudo excedit iustum numerum, seu quae in ciuitate ipsa commode non consumi, ideoque merito inutilia vocari possunt, exportantur, manifesto emolumento esse, mercem vero ipsam nunquam pretio multo maiore solvi: id enim solum carum est, quod est rarum: rarum si vero est, non exportabitur quia in regione ipsa vendi poterit, quo facto commercium externum non efficiet villam mercium caritatem.

Verum in hoc loco paucis etiam de negotiatione frumentaria disputandum videtur. Pertinet enim frumentum ad necessitates vitae, quibus quisque opus habet et parare fibi eas studet. Eo igitur maiori consilio ac circumspectione ea tractanda videtur, quam aliorum productorum seu fabricatorum, quae semper mutationi sunt et vicissitudini subiecta. Neque enim frumentum prius exportandum erit, quam cum admodum eo abundamus, ipsumque vili pretio venditur. Talis igitur exportatio perutilis erit, eo quod frumentum semper in iusto pretio seruat, quod, ut supra diximus, fons vnicus est et praecipuus, unde diutias haurire potest rusticus. Quo circa opportuno tempore magis videtur promouenda, quam suppressima illius exportatio. z)

C 3

Sa-

- z) Sane modum excedas, oportebit, si praemia exportantibus frumentum proposueris: namque hoc etiam detrimento esset maximo. Annona enim 1) non adnumeranda est eis mercibus, quae obsolescere solent, ut inde venire non possint: si quidem, si tempora incident, quibus per tempestatem, vim, calamitates, et quae sunt huius generis, terra tenues, gracilesque fruges proferat, tum frumenta foecundioris anni spissiora in granariis seruata, facile et cum usura vendentur. Atque tam praemia valde officere, in promptu est docere. Constat enim experientia. 2) Velut annonae fertilitate Britanni praemiis donare solent nauatas, qui frumentum abundans exportent, ut pretium semper idem maneat, et annonae dein difficultate et angustia, praemium ostendunt iisdem, ut importent frumenta: Quo circa illi horrea constituant externa, in quibus frumenta condant, et tempore suo retro nauigent, quo praemium denuo accipiunt pro eodem frumento,

Saxoniae est, ut curet negotiationem frumenti, ne sibi illud ipsa detrahatur. Patria enim ex plurium politicorum accurata computatione, promit anno foecundo decies centena millia medimnorum frumenti plusquam intra fines consumitur, temporibus vero aduersis quinque centum millia, et nonnunquam, decies centena millia minus: manifestum igitur est, frumenti, si eius pretium debet semper esse idem, cellas penuarias semper debere esse paratas, quae annis fertilibus abundantia recipient, et sterilibus rursus distribuant; neque tamen par erit, ut in potestate sint dardaniorum, sed publicae auctoritati subiecta. Granaria etiam prouincialia huic fini non fatis respondere videntur: a) Quaecunque potius vrbs, quodecunque oppidum, quisque vicus cogatur, ad granaria sibi cuique accommodata semper curanda. Ciuium numerus definit numerum modiorum, quorum omnes species asserventur ad tres annos: quilibet rusticus seu ciuis condat frumentum abundans paullatim in hoc granario speciali, donec tantam molem congesserit, quam putat esse idoneam ad se fuosque per tres annos necessitate vrgente alendos. (Namque non est credibile, ultra tantum temporis spatium annonae caritatem duraturam) Granarium speciale sic si est impletum, quilibet subditus frumentum vendere potest in patria et regionibus vicinis plane ex suo arbitrio, annonae caritate nec metuenda, ita ut non opus sit villa lege de finibus paecludendis promulganda. De legi-

a) Ea non sufficere, euinci posse videtur argumentis sequentibus: 1) Nimirum pauca eiusmodi granaria prouincialia adhuc inueniuntur, quam quae necessitate vrgente omnes Saxoniae ciues per tres annos possint alere. 2) Frumentum, ad ea explenda saepe ex terrae regionibus remotissimis adducitur, quo circa frumentum ob vestram pretio ingrauefit. 3) Ciuis rei angustias frumentariae sentiens, si ex illis granariis frumentum repetrere debet, illa vestra iterata pretium ipsum crescit, ita, ut pecunia, qua initio frumentum emebatur, poene sit aequalis vestrae. 4) Frumentum saepe extra fines coemitur (e. g. Dessauia, quod poterit omnino evitari).

bus de hac re ferendis infra pluribus verbis cum dicendum sit, hic interea subsistat oratio, nihilque addam, nisi, quod me ostendisse autem, ciuitatem per commercium sapienter institutum externum nunquam ad inopiam redactum sed eo magis iri ditatum.

vid. *Betrachtungen über die Staatswirthschaft, aus dem Ital. von Schmid, 9ter Abschnitt.*

§. 8.

De Commercio Saxonico externo speciarum.

His igitur enarratis atque expositis, cuius, opinor, planum erit, *Saxoniam damnum passuram esse, commercium externum si amiserit.* Patriae Patres Serenissimi semper curauerunt ciuium salutem, et eo perduxerunt, vt manufacturae nostrae et fabricae ciues non solum satis alant, sed etiam alienigenas, quo semper earum incolumitas magis magisque augetur. O terque quaterque beatos nos, quorum principes semper in eo allaborant, vt vias quantum possunt aperiant fabricis manufacturisque, ad fabricata vendenda.

Ita pacta de commerciis inita sunt cum Borussorum rege; non minus cum Venetorum Republica, ad quindecim annos, de anno nimirum 1770 usque ad 1785, quae attinent bombycina Venetiana, et lanificia nostra; iamque ex vtraque parte coniunctim longius ea ducere opera impeditur, quo fortasse negotiacioni linteariae emolumentum possit crescere. Eiusmodi pacta anno 1769 proposita etiam sunt Austriacis, quae vero Iosephus II. semper recusauit, Leopol dum vero accepturum esse, haud diffidimus. Sunt tamen subinde a Gallia, Britannia et Moscouia talia nobis consilia ultro oblata: quae quidem, quominus acciperemus, prudentia suasit. Britannia enim nimium postulabat, et cum Gallis Russisque tales conditionem in eundam ipsi mercatores disuadent, quia tum, ne per commercium clandestinum grauiorem iacturam faciant, iure verentur. Ac praeceps quidem optandum est, vt pacta de commercio possint iniri eum

Austria

Austria. Leges enim caesareae, quibus ante aliquot annos fuit interdicta omnis importatio ex alienis terris, pannifices pene cunctos et alios lanifices Nariscos, qui antea in Bohemiam merces distrahebant fortunis exuebant. Quam late tale detrimentum pateat spernatque, credi vix potest. Namque et pannifices et panni tonforres, et lanarum lauatores, lani pensores, lanistae, fullones et alii, velut tabernarii, opificesque faciunt iacturam, qui eorum necessitates antea curabant: tantum lanae, quantum antea consumebatur, non amplius venditur, quo efficitur, ut vile eius pretium nascatur, rusticusque et oeconomus maximum patiantur detrimentum.

Cap. III.

De legibus commercium spectantibus.

§. I.

Ciuitas, quantum posset, circumscriptiōnibus omnibus commercii ratione esse libera debet, si cupimus negotiatiōnēm quaestumque florentem.

Quo quidem confitio videntur sane minuenda tributa, omnia commercii genera promouenda, institutaque nocentia funditus remouenda.

Ad interni praecipue commercii libertatem firmandam, caueamus, ne vni vel alteri quaestui seu fabricae tribuamus iura, quae aliis officiant, vel noxam adferant, tanquam priuilegia, et monopoliā: etiam urbis huius vel illius iura arctatoria arctius circumscribamus: Collegialum statutorum carceres contrahamus, instituamusque ita, ut quisque eodem iure datae occasionis vtatur, qua opes suas conditionemque et perficere possit et augere. b) Bona, quae sequuntur ex eiusmodi libertate benigna, negari non possunt; Priuilegia enim

et

b) Lectu dignissima sunt ea de re verba Viri Excellētissimi, de patria meritissimi et in aeternum immortalis, Domini de Gersdorf in „Allgemeinen und besondern Anmerkungen vom Handel §. 1—12. p. 186. seq.

et monopolia, si fuerint abrogata, quilibet poterit certare cum aemulo et diligentiae ardore, et fabricatorum praestantia, quo eum supereat et antecellat: monopolio et priuilegiò vero ille, cui sors pecuniam denegauit, qua potuisse eiusmodi iura emendo sibi comparare, industriae et cognitionis respectu nullo habitu remonebitur, et nunquam illi obtinget, ut emergat. In oppido iure arctatorio donato, merces, quae certum numerum emtorum inuenit, eo quod quisque eam consumere cogitur, nunquam eius valoris erit, quam, quae per premium internum emtori se ipsa debet commendare. Quoniam itaque illa merces sequior est, nemo praeter numerum definitum inuenietur qui emat, quo fit, ut oppidum iure arctatorio gaudens ipsum aequa atque emtores coacti, detrimentum accipient. c) Quae iam supra de collegialium statutorum vitiis dicta sunt, iis addi etiam illud potest, eiusmodi institutione premium mercium supra modum augeri: tironum enim inscriptio, eorum absolutio, magistrorum receptio, eorumque tributa ad collegia mercium pretio refarciri debent. Cuncta si tributa velles tolli, rem, quae fieri plane non potest, cuperes, et insanus videreris. Interim famen nemo inficiabitur, ea esse moderata magis posse, et conuenientius descripta.

Ius

c) Quo modo fabrica, qua saccharum elixatur, Dresdae instituta, per legem, ut fabricata tantummodo nundinis Lipsiensibus vendere liceret; ita defituebatur, ut collabeficeret, propterea quod commercium in Bohemiam Morauiamque supprimeretur.

vid. Ioh. Andr. HEINOLD *Vorzugsrecht* etc. p. 31.

Non minus pannifices Reichenbacienses et vicini, quibus lanam et tincturas non nisi Lipsia arecessere, fabricataque tantummodo Lipsiam vendere licebat, cadebant, merces, rei natura ipsa exigente maiori pretio vendi debebant, eorumque commercium in prouincias imperiales suffocabatur: HEINOLD citat de eo loco Rescriptum Electorale Saxonum de anno 1684. p. 30. cit. loc. cui simile de anno 1704. vide in Lünig. Cod. Aug. Tom. II. p. 2101. quod anno 1719 est repetitum.

D

Ius stipulae etiam est priuilegium, quo merces maioris sunt pretii, earumque minuitur venditio, §. 2.

Libertas commercii externi, quantum fieri potest, est levanda. §. 3.
Libertas commercii externi, status rerum politicarum hodiernus, regiminiisque varia ratio efficit, ut perfecta non possit omnino cogitari; viribus tamen, quantum poteris, quaeri debebit atque promoneri. §. 4.

Commercium enim externum, tunc primum maturandum esse, si rerum abundantia in patria magna videatur, et nostra cum externis fabricatis permittentur, iam supra (Cap. II. §. 4.) disputauimus: quo principio semper seruato aequius exterorum fabricatorum importationem animaduerteremus, neque tam anxie trepidaremus, si nostra producta seu fabricata exportari viderimus, legesque exportationem prohibentes finesque illi praecudentes, mitigaremus.

Indices vectigales esse plerumque parum accuratas.

Tabulis portitorum exportantium summam et importantium continentibus nituntur illae leges, cum vero priores plerumque sint vitiosae, habeantque lacunas, quia vera professione carent subditorum et indicatione, leges etiam ipsae vitiosae sint, necesse erit, et perinde iniustae; Legislator tamen ad sequentia principia, oculos aduertat.

§. 4.

De importatione primaria materiarum.

Quoniam necessarioquae importantur, primae materiae nobis ansam praebent industriae internae, nullis onerandae videntur tributis.

vid.

vid. BÜSCH. cit. loc. 3. Band. §. 71. 72.

— id. ibid. 5. — §. 21.

§. 5.

De importatione materiarum compositarum.

Materiae confectiones, seu producta ad vietum necessaria, quae importantur, etiam non sunt grauanda tributis et vectigalibus: Sed nonnullis tamen ea, quae voluptatem promouent; maximis autem, quae luxuriae inferire videntur.

vid. BÜSCH. N. loc. 3. Band. §. 10. 65. 66; 4. Band. §. 5. 23.

6. Band. §. 18.

— SCHEDEL. cit. loc. p. 211.

— HOFMAN. cit. loc. 3. Buch. Cap. 10.

De exportatione materiarum primarum.

Exportatio materiarum primarum eiusmodi tributis oneranda videtur, quae non ita sentiantur.

vid. BÜSCH. cit. loc. 5. Band. §. 30. seq.

§. 7.

De exportatione materiarum fabricatarum.

Materiae vero fabricatae exportatio omni studio ac labore est promouenda.

vid. SALIMBENI. p. 57.

— SCHEDEL. p. 43.

§. 8.

De exportatione primarum vitae necessitatum.

Necessitates vitae primae ac principes, quibus quisque minus potest carere, non prohibendae, quominus exportentur. leuiter tamen vectigali aliquo grauanda videntur.

vid. SALIMBENI. p. 24.

— TROSNE. p. 441.

§. 9.

De mercibus per Saxoniam transeuntibus.

Merces per fines patriae transeuntes nullis aut paucis saltem tributis onerari debent, si ciuium cura et iugis et armentis transportentur.

vid. BÜSCH, V. 5. 35. II. §. 19.

§. 10.

De duratione et natura legis prohibitoriae.

Necessitas exigit, ut eiusmodi lex districtui 20 millaria continent nec generalis nec perennis esse possit, itaque si causa ad est debet mutari.

INDEX

INDEX S C R I P T O R V M
quibus in conscribendo libello vpus sum.

- Achenwalls Staatsverfassung der heutigen vornehmsten europäischen Reiche und Völker im Grundrisse. Göttingen 1781.
- Andersons historische und chronologische Geschichte des Handels von den ältesten Zeiten bis auf die itzigen. 7 Theile, aus dem Engl. 1787.
- Anmerkungen, allgemeine und besondere, vom einheimischen und fremden Handel. Leipzig 1776. (von Gersdorf) gr. 4.
- Berkhausen, H. L. W. Briefe über die Polizei des Kornhandels. Lemgo 1773. 8.
- von Beaussore Einleitung in die Kenntniß der Politik, aus dem Franz. 3 Theile. Riga 1773. 8.
- Becher, politischer Discours von den Ursachen des Auf- und Abnehmens der Städte und Länder mit Zinkens Zusätzen. Frankf. 1759. 8.
- Beckmann, Ioh. Anleitung zur Technologie oder zur Kenntniß der Handwerker, Fabriken und Manufakturen, nebst Beiträgen zur Kunstgeschichte. Götting. 1777. 8.
- Eiusd. Beiträge zur Oeconomie, Technologie, Polizei und Kameralwissenschaft. 1—7ter Theil. Götting. 1779. 1783.
- Bode, fürstliche Machtkunst, oder Abhandl. von den Manufakturen und den Commercien. Frankf. 1765.
- Boulainvilliers de, Etat de la France etc. Londres 1727.
- Büsch, Abhandlung von dem Geldumlaufe in Rückicht auf die Staatswirthschaft und Handlung. 2 Th. Hamb. 1780. 8.
- Eiusd. kleine Schriften von der Handlung und anderm gemeinnützigen Inhalten. Leipzig 1772. 8.
- Büschings Magazin für die neue Historie und Geographie. Hamb. u. Halle. 1783.
- Collectanea des Handels etc. (von Gersdorf) 1754. 4.
- Commerce, le, et le gouvernement considérés relativement l'un à l'autre ouvrage élémentaire par Mr. l'Abbé Condillac. 1776.
- Considerations sur les finances d'Espagne. à Dresden 1753. 12.
- Crome A. W. F. Europens Produkte etc. Delfau 1782. 8.
- Davenant Discourses of the public Revenues of England and on the trade. London 16.8. 8.
- De Commerce de la Hollandie. 3 Tom. Amst. 1768. 12.

D 3

Dispositio

- Dispositio planaria Stapulae Saxonicae, Budiss. 1658.
- Dohms Materialien für die Statistik etc. 1777—82.
- Eiusd. Allgemeine Uebersicht des Handels in der Ostsee, im Jahr 1779.
Deutsch. Mus. X. Stück. 1780.
- Elements de commerce, à Amsterdam 1755. 8.
- Etat présent du Rauyome de Portugall en l'anné 1766. à Laflanne 1775. 12.
- Etwas über die allgemeinen und besonderen Anmerkungen vom Handel,
Altenb. 1776. 4.
- Frage von Ein- und Ausfuhr des Getreides (von Reimarus). Hamb. gr. 8.
- Genovesi Grundsätze der bürgerlichen Oekonomie, 2 Th. aus dem Ital.
Leipz. 1772—74. gr. 8.
- Geschichte der Handlung und Schiffahrt, der Manufacturen und Künste, des
Finanz- und Kammerwesens zu allen Zeiten und bei allen Völkern. 2 Thl.
Bresl. 1751—54. gr. 4.
- Geschichte, kurzgefasste, der Handlung und Schiffahrt in alten und mittlern
Zeiten. Frankf. 1751. 4.
- Geschichte der Handlung und Schiffahrt der Alten, aus dem Franz. Frankf.
1763. gr. 8.
- Geschichte, kurze, der Abgaben, besonders der Consumtions- und Handels-
abgaben in Sachsen. Dresd. 1782. 8.
- Grundsätze der Handlung etc. (von Reimarus) Brem. 1775. gr. 8.
- Guden, Polizei der Industrie etc. Braunschw. 1768. 8.
- Handlungsgeschichte der Stadt Leipzig. 1772. 8.
- Handlungswissenschaft, der Theorie und Praxi. Bresl. 1777.
- Hennings, über die wahren Quellen des Nationalreichthums. Copenh.
1785. 8.
- v. Herzberg, über den wahren Reichthum der Staaten. Berl. 1786. 8.
- Interets, les, des Nations de l'Europe developées relativement au Commerce.
à Leide. 2 T. 1756. 4.
- Iusti, System des Finanzwesens. Halle 1766. gr. 4.
- Kurzgefasste Beschreibung der Handlung der vornehmsten europäischen
Staaten. Leipz. und Liegnitz. 1778—82. 8.
- Lettres sur l'emprunt et l'import par Mr. de Saffure. 1779. 8.
- Melon Essais politiques sur le commerce. à Amsterd. 1742. 8.
- Memoires et Considerations sur le commerce et finançes d'Espagne. Amst. 1761.
- v. Montesquieu, vom Geist der Gesetze, aus dem Franz. Altenb. 1782. 8.

Mor-

- Mortimer, Grundsätze der Handlungs-, Staats- und Finanzwissenschaft, aus dem Engl. Leipz. 1781. 8.
- Neue Litteratur und Völkerkunde. Ian. März Jul. 1787.
- Pfeiffer, Manufacturen und Fabriken Deutschlandes etc. 2 Bände. Frankf. 1780. gr. 8.
- Politisches Journal. Hamb. 1780. 8.
- Recherches, les, de la France. Par. 1596: fol.
- Reflexions politiques sur les finances, et le commerce, à la Haye. 1740.
- Rössigs Chursächsische Staatskunde. Leipz. 1787. 8.
- Eiusd. Versuch einer pragmatischen Geschichte etc. 2 Th. Leipz. 1781—83. 8.
- Schedel, Magazin für die Handlung. Leipz. 1783. 8.
- Schmidts, Adam, Untersuchung der Natur und Ursachen von Nationalreichtümern, aus dem Engl. Leipz. 1776. 8.
- Schlötzers statistischer Briefwechsel.
- Eiusd. Staatsanzeigen.
- Schmidts Betrachtungen über die Staatswirthschaft, aus dem Ital. Mannheim 1785. 8.
- v. Sonnenfels, Grundsätze der Polizei, Handl. etc. 8 Theile. Wien 1777.
- Staatskunst, wahre und falsche, von Hofmann. Hamb. 1758. 8.
- v. Steck, Versuch über Handels- und Schifffahrtsverträge. Halle 1782. 8.
- Trosne, Lehrbegriff der Staatsordnung etc. 1780.
- Ueber die freie Aus- und Einfuhr des Getraides in Betrachtung Elstlands, Riga 1772. 8.
- Eiusd. Fortsetzung. Lübeck 1772. 8.
- Ueber die Monopoliens, Hannover 1779. 8.
- Ueber Russlands Handel und Manufacturen. Lübeck 1778. 8.
- Versuch einer allgemeinen Kornpolizei. Berlin 1770. 8.
- Ulloa Retablissement des Manufactures et du Commerce d'Espagne, traduit de l'Espagnol. à Amsterd. 1743. 8.
- Von Getraidemagazinen und dem Unterhalte des Volks. Frankf. 1771. 8.
- Vorschläge, die Theurung des Getraides in Zukunft einigermaßen abzuheben. Frankf. 1764. 8.
- Vorschläge, wie der gehemmte Ausfuhrhandel aus den ungarischen und deutschen Provinzen etc. aufgehoben werden könnte. Wien 1781. 8.
- Vorzugsrecht der Leipziger Stapel- und Messgerechtigkeit, von Heinold. Leipz. 1741. 4.

DOCTIS.

DOCTISSIMO ORNATISSIMO QVE


H E V N I O

S. D.

P R A E S E S.

Reddo, qualem tradidisti mihi, libellum Tuum, a Te omni ex parte conscriptum, et thesibus et oratione Tuum. Iunxisti in eo, quae saepius, quam fieri solet, iungi deberent, rerum scilicet ad Politiam pertinentium et disciplinae, quae de reditibus principum iuste ac sapienter administrandis agit, cognitionem cum iurisprudentia, ea quidem ratione, ut amicissimum earum vinculum necatur et conspiciantur. Atque sane arctissimum est, quis enim quoquo iudex in villis, quis iudex in urbe Politiae potest carere cognitione? quis in vsu rerum forensium versari absque illa potest? ut eos faciem, qui altiora petunt. Missis vero his ad Te potius reuertor, qui et morum elegantia et assiduitate in trajectandis litteris mihi maxime carus abs, Ornatussime Henri, et Tibi et Patri Tuo Praenobilissimo ac Consultissimo, harumque litterarum Peritissimo, qui etiam scriptis es illustrauit; gratulor ex animo hunc diem atque ut litterae tam egregie abs Te cultae fructus Tibi largiantur quam uberrimos, opto ingenuos. Vale atque cum gente Tua Praenobilissima perge mihi favere. Scripti Lipsiae d. xviii. Decembbris MDCCLXXX.

21000



ULB Halle
007 697 104

3



V
D
18



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-416543-p0046-7

DFG



DE COMMERCIO INTERNO ET EXTERNO

DISSERTATIO IVRIDICA

QVAM

ILLVSTRIS IVRIS CONSULTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. CAROLO GOTTLLOB RÖSSIG

PROF. PHIL. P. ICTO IMATR. PLVRIVM SOCIETATVM SODALLI
MEMBROQVE HONORARIO

D. XXX. DEC. A. C. MDCCLXXXIX.

AD DISCEPTANDVM

P V B L I C E P R O P O N I T

AVCTOR

CAROLVS THEOPHILVS SAMVELIS HEVN

DOBRLVCENSIS.

L I P S I A E

EX OFFICINA SOLBRIGIANA.

